



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio VII. De decimis laicalibus, sive possessis, aut detentis à laicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

altera Ecclesia permutare, vel si à spirituali titulo, legitimâ potestate jus decimatum separatum sit, veudi poterit & elocati &c. cùm ut sicut nihil amplius spiritualitatis habet.

§. III.

An & qua ratione obligati ad prestandas decimas, ab illis liberari possint per consuetudinem introductam, vel legitimè prescriptam, vel per transactionem?

Quod possint non quidem per potentiam secularem c. sua 25. h. s. sed per privilegia à Summo Pontifice concessa, ab obligatione decimatarum solvendarum eximi aliqui, jam supra dictum: potest tamen etiam hæc obligatio per contrarium consuetudinem tolli, & abrogari, non tantum à Clericis, sed etiam à laicis; non tantum quoad decimas personales, sed etiam quoad reales; non tantum ex parte, sed etiam in totum, modò ministris Ecclesie aliunde sufficienter provisum sit, prout passim docent R.R. contra antiquos Canonistas; & ratio probat, quod scilicet nec naturalis, nec divini juris sit, in nova lege, hæc solvendi decimas (formaliter acceptas) obligatio, sed juris merè Ecclesiastici, & conseqüenter, sicuti alia, quæ juris possit Ecclesiastici sunt, per contrarium consuetudinem tolli possunt, ita potest etiam hæc solvendi decimas obligatio: quod ipsum praxis etiam communissima probat, quæ non tantum nullam amplius obligationem personalium decimatum agnoscit, sed nec realium semper, & in omnibus minutis etiam fructibus &c, & sicuti privata particularis persona, sive

Clericus hic sit, sive laicus, 40. annum cum titulo, vel tempore immemorabile sine titulo quidem, non tamens fide na fide, praescribere hanc immunitatem potest, prout probatur ex t. 1. de prescript. in b. sic, ut communis etiam libera liberetur, ab obligatione solvendi decimas, sufficit consuetudo consistere 40. annis bona fide continuata, quando nullum titulum hujus exemptionis ostendere possit illa communis, p. c. ultimum de consuet. junct. G. 7. legitimè sit prescripta, neque tamquam qualemcumque consuetudinem, ut praescriptionem obligatio hæc solvendarum decimatum ita tolli posset, & non denud obligare incipiat, si ministris Ecclesie congruè suæ substantiatione substituantur, (cùm ut sic sit p. c. naturæ obligatio hæc) aut si Pontificis item precipiat solutionem decimatum, non obstante illa consuetudine, non prescriptione in contrarium, copia vel justas causas, in bonum committit, consuetudines tales sepius tolleret.

SECTIO VII.

De decimis laicibus, sive possessis, aut detentis laicis.

§. I.

An & qua ratione laici sive sacerdotes sint capaces juris decimandi, seu percipiendi decimæ.

Cetta est, & communis sententia quod jus decimandi, quare non

§. II.

An ab Episcopis aliisque Prælatis Ecclesiasticis, Papâ inferioribus decima in feudum concedi possint laicis?

De jure antiquo potuisse Episcopos, aliósque Prælatos inferiores, Ecclesiistarum suarum decimas, in feudum concedere laicis, ob justam causam, ex decreto Urbani II. in Concilio Tur. 1096. celebrato patet, post hoc tamen Concilium, aut saltem post Concilium Later. 1179. celebratum omnibus Summo Pontifice inferioribus, hæc infundandi circa decimas Ecclesiæ, potestas adempta est, ita ut factæ etiam post hoc Concilium ab inferioribus Papâ infundationes, non tantum illicitæ, sed etiam nullæ sint, prout etiam patet ex c. Quamvis 17. b. t. & ex c. prohibemus 19. eodem, ut plurimi scilicet abusus, qui per tales infundationes, in præjudicium Ecclesiastum irreplerant, impiderentur.

§. III.

An & qua ratione laici decimas, quæ obtinent, in alios transferre possint?

Lacus, si injustè detineat decimas Ecclesiæ, non potest illas in feudum concedere, aut alio quovis titulo in alios laicos transferre, uti patet ex c. prohib. 19. b. t. (neque enim, qui injustè detinet, ullum jus habet ad tales decimas, & consequenter nullum eriam in alios per se transferre potest) si vero justè possideat illas,

illas, tum valde probabile est, quod alteri laico, cum consensu Episcopi, concedere eas possit in feudum, *gloss. cit. c. prohibitus. v. laicos.* quia subinfeudatio vallo concessa etiam in feudo Ecclesiastico locum habet, cum nullus juris textus afferri possit, in quo haec decimorum etiam talium subinfeudatio laico facienda prohibetur, si fiat cum consensu Episcopi, cujus est damna Ecclesiae praecavere. Quodsi tamen laici, qui decimas Ecclesiae detinent, quas ante Concilium Lateranense in feudum perpetuum v. g. acceperunt, restituere quidem velint eas Ecclesiae, induci tamen non possint, ut suae eas Ecclesiae restituant, possunt alijs Ecclesijs, aut monasterijs illas restituere, c. 2. S. Jan. b. t. in 6. quo tamen in casu intervenire debet consensus Episcopi (ad multas scilicet fraudes cavendas) nisi recepta consuetudo introducta sit, in aliquo loco, vi cuius laici liberè disponere possunt de decimis (justè detentis) & quovis modo de his contrahere, sicuti de suis patrimonialibus, qualis consuetudo etiam in nostra Germania videtur, in plurimis decimis, quas laici possident; neque sine ingenti ea animarum damnatione, plurimorum contractuum eversione &c. damnari vel rejici potest, quia videntur tales decimae per legitimam Sedis Apostolicę auctoritatem, à Titulis clericilibus penitus esse abstractae, & concessae laici (in remunerationem meritorum Ecclesiae pastorum, vel ad eorum animos Ecclesiae conciliandos, vel ad opem eorum promptiorem in casibus necessitatis Ecclesiae &c.) ut tanquam bona

patrimonialia habeantur; quod ipso etiam de decimis dici debet, à tempore immemoriali, bona fia possessa, fine ullius contradictonis à laicis fuerunt, qui nunquam dimis le patientur, aut dimis debent, donec liquidò constet, quod tales decimes in legitimo modo ad eos pervenerint, in talis immemorialis possessio, præceptionem legitimam tituli, & ejus probacionem inducat: neque tamen sola concessio, aut donatio decimarum alienata, inducit titulum (nec colorem quidem) ad præscribendum decimam: patet ex c. dudum 31. h. t. quatenus laico decimas accipit, credens talen concessionem esse validam, is error in jure manifesto, uti patet, error autem quis ad præscribendum non prodest, ut supra dictum.

SECTIO VIII.

De iure, quod competit Ecclesiae, vel clericis in decimis: quia actione illa exigi possint; uti dicitur in causa decimarum, acquisi- non solventium decimam.

S. I.

*Quale jus habeat Ecclesia, vel ipsa
Rectores, in decimis, seu fructibus
decimarum?*

Circa fructus decimales, nondum tamen decimatos, aut separatis reliquis fructibus, habet Ecclesia. Rectores seu ministri illius, non quidem plenus & perfectum dominium, habent tamen jus reale in illis, & quasi dominium nullum.